

De differentijs Topicis. Liber secundus.



**O**mnia que superioris serie voluminis expedita sunt: minus forsitan cruditis supuacanea quodammodo et quasi dependentia videbunt. Nam cum de differentijs topicis librorum titulum legerit: ommissis doctrine gradibus itatiz ad finem operis tendunt. Mibi autem vel necessarium videtur quod nisi sit precognitum: ad ulteriora discantis animus peruenire non possit hi quoque qui nunc omnem primi voluminis disputationem superfluam putant: si cuncta perlegant contextioneque operis mente ac ratione collustrent: desinent profecto iudicare superpluum: quod necessario viderint in parte operis collocatum. Atque hec hactenus: sed quonia de his que antea posuimus: idest de propositione que ratione conclusione argumento sufficienter dictum est: nunc de argumentatione tractemus. Argumentatio est per orationem argumenti explicatio. Huius autem species due sunt: vna quidem que syllogismus: altera que vocatur inductio. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis et concessis: aliud quiddam per ipsa que concessa sunt: euenire necesse est quod sint ipsa que concessa sunt. Huius diffinitionis rationem secundus quidem liber eorum: quibus institutio nem in categoricos scripsimus syllogismos plene continet. Sed propter intellectus facilitatem idem breuiter aperiemus exemplo. Sit enim syllogismus hic.

Omnis homo animal est.  
Omne animal substantia est.  
Igitur. Omnis homo substantia est.

**T**otum igitur hoc oratio est: in qua positis quibusdam et concessis. id est duabus propositionibus que sunt: omnis homo animal est: omne animal substantia est: per ea ipsa que concessa sunt: efficitur aliqd id est. quod est conclusio: omnis homo substantia est: per propositiones enim que concessae sunt: consequentia necessario conclusio inferitur. Sunt autem propositiones: omnis homo animal est: et omne animal substantia est: atque ex his efficitur aliqd quiddam: quod sunt ipsa que concessa sunt. Concludit. n. omnis homo substantia est. Quod longe diuersum est: et ab ea propositione que dicit: omnis homo animal est: et ab ea que proponit: omne animal est substantia. Syllogismorum vero alij predicatiui sunt: qui categorici vocantur: alij conditionales: quos hypotheticos dicimus. Et predicatiui quidem sunt: qui ex omnibus predicatiuis propositionibus connectuntur: ut is que exempli gratia superius annotaui. omnibus enim predicatiuis propositionibus teritur. Hypothesici vero sunt: quorum propositiones conditione nectuntur. ut hic.

Si dies est lux est.  
Est autem dies.  
Igitur. Lux est.

**P**ropositio enim prima conditione tenet hanc quonia lux est si dies est. Atque ideo syllogismus hic hypotheticus: idest conditionalis vocatur. Inductio vero est oratio per quam fit a particularibus ad vniuersalia progressio hoc modo. Si in regendis nauibus non sorte sed arte eligatur gubernator: si in regendis equis auriga non sortis euentu sed artis commedatione assumitur. Si in administratione publica non sorte principem facit: sed peritia moderandi: similiaque in pluribus conquiruntur: quibus inferitur et in omnibus re quam quisque regi atque administrari grauerit: non sorte accomodat sed arte rectorem vides igitur quomodo per singulas res currat oratio:

ut ad vniuersale pueniat. Nam cum non sorte regi nauim sed arte currus reipublica collegisset quasi in ceteris quoque ita se habeat quod vniuersale erat concludit hoc modo. In omnibus quoque rebus non sorte ducta sed arte principem debere proponi. Sepe autem multorum collecta particularitas aliud quiddam particulare demonstrat: ut si quis dicat. Si neque nauibus neque curribus neque agris sorte proponuntur rectores: neque rebus quidem publicis rectores sorte ducendi sunt. Quod argumentationis generis maxime solet esse probabile: et si non equa syllogismo habeat firmitatem. Syllogismus namque ab vniuersalibus in particularia decurrit: estque in eo si veris propositionibus contentat: firma atque incommutabilis veritas. Atque inductio habet maximam probabilitatem: sed iterduz veritate deficit ut in hac. Qui scit canere cantor est: et qui luctari luctator est: quique edificare edificator est. Quibus multis simili ratione collectis inferri potest: qui scit igitur malum: malus est: quod non precedit. Mali quippe notitia deesse non potest bono: virtus enim sese diligit et aspernatur contraria: nec vitare vitium nisi cognitum queat. His igitur duobus velut principibus et generibus argumentandi: duo quidem alij deprehenduntur argumentationis modi: vnus quidem syllogismus: alter vero inductio suppositus. In quibus quidem proprium sit considerare: quod ille quidem a syllogismo: ille vero ab inductioe ducat exordium: non tamen aut hic syllogismus: aut ille impleat inductioes. Ad autem sunt entimema: atque exemplum. Entimema quippe est imperfectus syllogismus: idest oratio in qua non omnibus ante propositionibus constitutis inferitur festinata conclusio ut si quis ita dicat. homo animal est: substantia igitur est: pretermisit enim alteram propositionem qua proponitur: omne animal est substantia. Ergo quoniam entimema ab vniuersalibus ad particularia probanda contendit: quasi simile syllogismo est: quod vero omnibus que conueniunt syllogismo non utitur propositionibus a syllogismi ratione discedit atque id imperfectum vocatur est syllogismus. Exemplum quoque inductioe simili ratione copulatur et ab ea distinet. Est enim exemplum quod per particulare propositum: particulare quoddam contendit ostendere hoc modo. Oportet a Tullio consule necari Latina: cum a Scipione graccus fuerit iteremptus. Approbatum est enim Latina a Licerone debere perire quod a Scipione graccus iteremptus est. Que vtraque particularia esse ac non vltra singularium designat iterpositio personarum. Quoniam igitur pars parte approbat quasi inductioe similitudinem tenet id quod exemplum vocamus: quod vero non plures quibus id efficitur: colligit partes ab inductioe discedit. Ita igitur due sunt argumentandi species principales: vna que dicitur syllogismus: altera que vocatur inductio. Sub his autem: velut ex his manantia entimema atque exemplum. Que quidem omnia ex syllogismo ducuntur: et ex syllogismo vires accipiunt. siue enim entimema: siue inductio: siue exemplum ex syllogismo quod maxime fide capit. Quod in horibus resolutiois que ab Aristotele tractatum: demonstratum est. Quocirca satis est de syllogismo differere quasi principali et ceteras argumentationis species continete. Restat nunc quod sit locus aperire. Locus namque (ut dicitur Tullio placet) sedes argumenti est. Cuius diffinitionis que sit vis: paucis absoluam. Argumenti enim sedes partem maxime propositio intelligi potest: partem maxime propositiois differentia. Nam cum sint alie propositiones que cum per se note sint: tamen nihil ulterius habeant quo demonstrarentur: atque maxime et principales vocentur: sintque alie que fide prime ac maxime suppleant propositiones necesse est: ut omnium que dubitantur: ille antiquissimus



man teneat probationē: q̄ ita alijs facere fidē possūt  
vt ipsi nihil notius queat iueniri. Mā si argumentū  
ē qd̄ rei dubie facit fidē: idq̄ notius ē: ⁊ pbabili⁹ eē  
opz q̄ illud ē qd̄ pbat̄ necesse ē vt argumētis oībus  
illa maximā fidē tribuant: q̄ ita p se nota sūt: vt alie-  
na probatione nō egeat. Sed huiusmodi ppositio qd̄  
aliquoties itra ābitū argumēti cōtinet: aliquoties  
vero extra posita argumēti vires supplet ac perficit.  
Exēplum quidem est ei⁹ argumēti quod maximam p-  
positionem tenet huiusmodi. Sit enim questio an sit  
regnum melius consulatu. Ita igitur dicemus.

Regnū diuturnū ē q̄ cōsulat⁹: cū vtrūq̄ sit bonum.  
At vero quod diuturnius est bonum eo quod parui  
temporis est: melius est.

Regnum igitur melius est q̄ cōsulatus.

Hui⁹ igitur argumētatiōi maxima ppositio. i. loc⁹ insert⁹  
ē: illa. s. q̄ sūt diuturniora bona: melioris sūt meriti  
q̄ ea q̄ parui tps sūt: hoc. n. ita notū ē: vt extrinsecus  
pbatōe nō egeat: ⁊ ipz alijs possit eē pbatō. Atq̄ iō  
ppositio hec totā cōtinet pbatōē: ⁊ cū iō nascitur  
argumētū: recte loc⁹. i. argumēti sedes vocat̄. Ut vō  
extra posita ppositio maxima vires afferat argumēto:  
tale sit exemplum. Sit propositum demonstrare: quo-  
niam inuidus sapiens non est.

Qui enim inuidus est: alienis affligitur bonis.

Sapiens autem bonis non affligitur alienis.

Inuidus igitur sapiens non est.

In hac igitur argumētatiōe ppositio qd̄ maxima nō vi-  
detur inclusa: s; argumētatiōi vires ipa maxima pposi-  
tio subministrat. Est. n. syllogismo fides ex ea pposi-  
tiōe p quā cognoscim⁹. Quorū diuersa est diffinitio:  
ipa quoq̄ eē diuersa. Et aut̄ i diffinitione iuidi alie-  
nis bonis tabescere. Qd̄ qm̄ nō venit i sapiētē: idcir-  
co inuidus a sapiētē seingitur. Est igitur vno qd̄ mō lo-  
cus (vt dictū ē) maxima ⁊ vltis ⁊ pncipalis ⁊ indemo-  
strabilis: atq̄ p se nota ppositio: q̄ i argumētatiōib⁹  
vel iter ipsas ppositiōes vel extrinsecus posita: viz tñ  
argumētis ⁊ cōclusiōib⁹ subministrat. Iō aut̄ vniuer-  
sales ⁊ maxie ppositiōes loci sūt dicte: qm̄ ipse sūt q̄ pti-  
nēt ceteras ppositiōes: ⁊ p eas sit cōsequēs ⁊ rata con-  
clusio. Ac sicut locus i se corporis p̄tinet quātitatem:  
ita he ppositiōes q̄ sūt maxie: itra se oēs viz postero-  
rū atq̄ ipius cōclusiōis cōsequētā tenēt. ⁊ vno qd̄  
mō loc⁹. i. argumēti sedes dicit̄ maxima pncipalisq̄ p-  
positio fidē ceteris subministrās. Alio vō mō loci vo-  
cātur maxiarū differētie ppositiōum: q̄. s. ab his du-  
cunt̄ terminis q̄ i qōne sūt cōstituti. De qb⁹ deinceps  
differēdū ē. Lū. n. sint plurime ppositiōes q̄ maxie  
vocātur: heq̄ iter se dissimiles: qbuscūq̄ differētis  
iter se discrepēt: eas oēs locos vocam⁹: Mā si ipse pro-  
positiōes maxie argumētoꝝ loci sūt: ⁊ differētias eaz  
argumētoꝝ locos eē necesse ē. Mā vniuscuiusq̄ sub-  
stantia pprijs differētis cōstat: vt hominis ex ratio-  
nalitate q̄ eius ē differētia. Et hi loci q̄ sūt differētia  
ppositiōnū ipis ppositiōib⁹ vniuersaliores existūt:  
velut vniuersalior ē rōalitas hoīe. Atq̄ iō pauciores  
hi loci eē dephēdunt q̄ i differētis positi sūt q̄ ppo-  
sitiōes ipse quaz sūt differētie. Oīa. n. q̄ vniuersalio-  
ra sūt pauciora eē cōtingit. Et iō facile sub sciētā ca-  
dere pnt: quoz taz multus numerus nō est: vt cito a  
memoria discentis elabātur. Que vō sūt he differen-  
tie melius diuisiōe pducit̄. In p̄dicatiuis aut̄ qōnib⁹  
vnus qd̄ subiectus terminus dicit̄ alius p̄dicatus.

Milq̄ in p̄dicatiuis questionibus aliud queritur ni-  
si an subiecto p̄dicatus inheret. Quod si inesse cō-

stiterit: queritur ita ne inest vt genus aut vt accidens  
aut vt proprium: aut vt diffinitio. Mā si ostenditur  
non inesse: nil de questione relinquatur. Mā quod  
oratio non inest: nec vt accidens: nec vt diffinitio: nec  
vt genus: nec vt proprium inesse potest: q̄ si inesse cō-  
stiterit restat questio quis nam modus sit de quatuor  
inherendi. Solum vero iesse ad accidens maxime p-  
tinet. Illū neq̄ vt gen⁹: neq̄ vt diffinitio: neq̄ vt p-  
prium inest: sed tamen inest vt accidens inesse neces-  
se ē. Que cum ita sint eozum locozum quos in maxi-  
marum ppositiōnū differentia cōstituim⁹ faciēda  
diuisio est. Per singula vō queq̄ currentibus mani-  
festius apparebit exemplis: quibus maxime pposi-  
tiones a suis differentijs distent. Etenim questiones  
argumēta ⁊ ppositiōes maximas ac principales: ca-  
rumq̄ locos: idest differentias per vnumquodq̄ da-  
bimus exēplū. Oēs igitur loci. i. maximarū differentie  
ppositiōnū aut ab his ducātur necesse ē terminis: q̄  
i questione sūt positi: p̄dicato. s. atq̄ subiecto: aut ex-  
trinsecus assumātur: aut horū medij: qui iter vtroq̄  
versantur. Eoz vō locoz qui ab his ducūtur termi-  
nis: de qb⁹ in questione dubitatur: duplex modus est  
vnus quidē ab eozū substantia. Alter vō ab his que  
eoz substantiam consequūtur. Hi vō q̄ a substantia  
sunt: in sola diffinitione cōsistūt. Diffinitio enim sub-  
stantiā mōstrat: ⁊ substantie itegra demonstratio diffi-  
nitio est. Sed id quod dicim⁹ patefaciamus exēplis:  
vt oīs q̄stionum vel argumentationum vel locozum  
ratio colliquescat. Age enī queratur: an arbores ani-  
malia sint: fiatq̄ huiusmodi syllogismus.  
Animal est substantia animata sensibilis.  
Arbor vō substantia animata sensibilis non est.  
Arbor igitur animal non est.

Hec qd̄ ē de genere: vtrū enī arbores sub aialiū ge-  
nere sint ponēde q̄rit̄. Loc⁹ q̄ in vniuersali ppositiōe  
cōsistit: hic ē cui diffinitio generis nō puenit: id ei⁹ cu-  
ius ea diffinitio ē: spēs nō ē. Loci superior differētia q̄  
locus nihilominus nuncupatur a diffinitione. Cū  
igitur vt tota dubitatio questiois syllogismi argumen-  
tatione tracta sit per cōueniētes ⁊ cōgruas ppositio-  
nes que vim suā ex prima ppositione custodiūt ex ea  
scilicet q̄ negat eē spēm: cui nō cōuenit generis diffi-  
nitio: atq̄ ipsa vniuersalis ppositio a substantia tracta  
ē vni⁹ eoz termini q̄ i q̄stione locati sūt: vt animalis  
idest ab eius diffinitione: que est substantia animata  
sensibilis. Ita igitur i ceteris questionib⁹ strictim ac  
breuiter locozum differētis cōmemoratis opz vni⁹  
cuiusq̄ proprietatem vigilātis animi alacritate per-  
cipere. Hui⁹ aut̄ loci q̄ a substantia ducit̄: duplex ē mo-  
dus: partim nāq̄ a diffinitione: partim a descriptiōe  
argumēta ducūtur. Differt at̄ diffinitio a descrip-  
tione: q̄ diffinitio genus ⁊ differētias sumit. Descri-  
ptio subiecti itelligētā claudit qbusdā vel accidenti-  
bus efficientibus vnā proprietatē vel substantialib⁹ dif-  
ferētis preter genus cōueniens aggregatis. Sed he  
diffinitiones que ab accidentibus sunt: tam etsi vidē-  
tur nullo mō substantiā demonstrare: tñ qm̄ sepe vere  
diffinitionis vice ponunt̄ que substantiā demonstrat:  
ille etiā ppositiōes que a descriptiōe sumūtur: a sub-  
stantie loco vident̄ assumi: hui⁹ vō tale sit exēplū: q̄ra-  
tur enim an albedo substantia sit: hic q̄ritur an albedo  
substantie velut generi supponat̄. Dicimus igitur.  
Substantia ē: q̄ oībus accidentib⁹ possit eē subiectum.  
Albedo autem nullis accidentibus subiacet.  
Albedo igitur substantia non est.



Locus idest maxima ppositio eadez q̄ superius. Cui⁹  
eniz diffinitio vel descriptio ei qd̄ dicit species esse  
nō conuenit id eius qd̄ eē spēs perhibet genus non ē  
Descriptio vero substātie albedini nō cōuenit: albe-  
do igitur substātia non ē. Loci differētia superior a  
descriptione quā dudū locauimus in ratione substā-  
tie. Sunt etiam diffinitiones que non a rei substan-  
tia: sed a nominis significatiōe ducuntur: atq; ita rei  
de qua queritur applicantur: vt si queratur vtz pbi  
losohie studendum sit: erit argumentatio talis.

Philosophia amor sapientie est.  
Huic studendum nemo dubitat.  
Studendum igitur est philosophie.

Hic. n. si diffinitio rei: s; nois iterptatio argumētum  
dedit quo ⁊ Tullius i Hortētio i eiusdē philosophie  
vltus ē defēsiōe: ⁊ vocat grece qdē ονοματικὸς  
πος. Latine at nominis diffinitio. Ac de his quidez  
argumētis que ex substātia terminoz i q̄stione posi-  
tozū assumūtur claris (vt arbitroz) patefecim⁹ exem-  
plis. Illuc de his dicēdū ē q terminoz substātiā  
cōsequūtur. Horū multifaria ē diuisio: plura sūt. n.  
que singularib⁹ substātijs adherescūt. Ab his igitur  
que cuiuslibet substātiā comitātur argumenta duci  
solēt: aut ex toto: aut ex partib⁹: aut ex causa vel effi-  
cientibus vel mā vel forma vel fine: ⁊ ē efficiēs qui-  
dē causa que mouet atq; opatur: vt aliqd̄ explicet.

Mā vero ex qua sit aliqd̄: vel in qua sit. finis ppter  
qd̄ sit. Sūt et iter eos locos qui ex his sumūtur que  
substātiā cōsequūtur: aut ab effectibus: aut a corrup-  
tionibus: aut ab vsibus: aut pter hos oēs a cōmunis-  
ter accidētibus. Que cū ita sint eum prius locus qui  
a toto sit īspiciamus. Totum duobus modis dici so-  
let: aut vt genus: aut vt id qd̄ itegrū ex plurib⁹ par-  
tibus cōstat. Et illud quidem quod vt genus totus ē:  
hoc modo sepe questionibus argumenta suppeditat:  
vt si sit questio: an iustitia vtilis sit: fit syllogismus.

Omnis virtus vtilis est. Hec questio de accidē-  
Iustitia autez virtus ē. ti: idest an accidat ius-  
Iustitia igitur vtilis ē. titie vtilitas: loc⁹ his  
qui i maxima ppositiōe cōsistit est: que generi adsūt  
⁊ speciei adsūt: huius superior locus est a toto idest a  
genere virtute. s. que iustitie genus ē. Rursus sit que-  
stio: an humane res prouidentia regant. Dicim⁹ sic.  
Mundus prouidentia regitur.

Homines autem partes mundi sunt.  
Humane igitur res prouidentia reguntur.

Questio de accidenti: locus quod toti conuenit id cō-  
gruit et parti. Supremus locus a toto .i. ab integro  
quod p̄tib⁹ cōstat. Id nō ē mūd⁹ q̄ hoib⁹ totū ē. CA  
ptibus etiā duob⁹ modis argumēta nascūtur: aut. n.  
a generis ptib⁹ que sūt spēs: aut ab itegri idest totius  
q̄ ptes tm̄ p̄o vocabulo nūcupātur: ⁊ de his qdē pti-  
bus q̄ spēs sūt hoc mō fit q̄stio: an virt⁹ mentis bene  
constitute sit habitus. Questio de diffinitione: idest  
an habitus mentis bene constitute sit virtutis diffini-  
tio. faciem⁹ itaq; a speciebus argumētationem sic.

Si iustitia fortitudo: moderatio: atq; prudentia habi-  
tus mentis bene constitute sunt.

Hec at̄ quoz vni virtuti velut generi subiiciuntur.  
Virt⁹ ergo mētis bñ p̄stitute ē hīc⁹: maxia ppositio.  
Qd̄ enī singulis ptib⁹ iest: id toti inesse necesse ē. Ar-  
gumētū nō a ptib⁹. i. a generis ptib⁹ que spēs nuncu-  
pantur. Iustitia eniz fortitudo: modestia: ⁊ prudentia  
⁊ virtutis spēs sūt. Itē ab his ptib⁹ que itegri partes eē  
dicūtur sit questio: an sit vtilis medicina: hec i accidē-

tis dubitatione constituta est. Dicimus igitur.

Si depelli morbos salutemq; seruari mederiq; vul-  
neribus vtile est: vtilis medicina est.

At depelli morbos: salutemq; seruari: mederiq; vul-  
neribus vtile est.

Utilis igitur medicina est.

Sepe at̄ ⁊ vna q̄libet ps valet: vt argumētatiōis fir-  
mitas cōstet hoc mō: vt si de aliquo dubitet: an sit li-  
ber fact⁹. si eū vlt̄ cēsū vel testō vlt̄ vidicta manumis-  
sū eē mōstrem⁹: liber fact⁹ cōsuet⁹ ē: atq; be ptes erāt  
dāde libertatis. Vlt̄ rursus si dubitet an sit dom⁹: qd̄  
emin⁹ p̄spicit. Dicem⁹ qm̄ n̄ ē. Mā vlt̄ tectū vlt̄ parietes  
vlt̄ fundamēta ei desūt ab vna rursus pte factū est  
argumētū. Licet at̄ i substātijs nō solū: verū et in  
mō p̄tib⁹ q̄ntitatib⁹ i loco totū ptesq; respicē. Id enī  
qd̄ dicim⁹ semp i tpe totū ē. Id qd̄ dicim⁹ aliqñ: i tē-  
pore ps ē. Rursus si simplr aliqd̄ pponam⁹: i modo  
totū ē. Si cū adiectiōe aliq̄ pars sit i mō. Item si oia  
dicim⁹ i quātitate totus dicim⁹. Si nō aliqd̄ quātis-  
tatis excerpsumus quātitatis ponimus pte. Eodē mō  
⁊ i loco qd̄ vbiq; ē: totū ē: qd̄ alicubi ps. Horū autez  
oium hec cōsequēter dētur exēpla: a toto ad pte fm̄  
tēpus. Si deus semp ē ⁊ nūc ē: a pte ad totū fm̄ mo-  
dū. Si aia aliquo mō mouet: ⁊ simpliciter mouetur.  
Mouet aut cū irascit: vniuersaliter igr̄ ⁊ simpliciter  
mouet. Rursus at̄ a toto ad ptes i quātitate. Si ve-  
rus ē appollo: oib⁹ vates: vtz erit Pirrbū roma-  
nos supare. Rursus i loco: si de vbiq; ē ⁊ hic ē. CSe-  
qtur igr̄ loc⁹ q̄ nūcupat a causis: sūt nō plures cau-  
se. i. que pncipiū mot⁹ p̄stāt atq; efficiūt: vel sp̄rum  
formas subiecte suscipiūt: vel pp eas aliqd̄ fit: vel q̄  
cuiuslibet forma ē. Argumētum igr̄ ab efficiēte cau-  
sa: vt si qs iustitiā nālem esse velit ostendere dicat.

Congregatio hominum naturalis est.

Iustitiam vero fecit congregatio hominum.

Iustitia igitur naturalis est.

Questio de accēti: maxima ppositio quoz efficiētes  
cause sūt nāles: ipa quoq; sūt nālia: loc⁹ ab efficiētis-  
bus causis. Qd̄. n. cā vniuscuiusq; id efficit eā rē: cui-  
us causa ē. Rursus si quis mauros nō habere arma  
cōtēdat: dicet idcirco armis minime eos vti q̄ ferrū  
deest illis maxima ppositio vbi materia deest: ⁊ qd̄  
ex materia efficiēt deest loc⁹ a materia. Vtrūq; vō ab  
efficiētib⁹ ⁊ a materia vno noie a causa nūcupat. eā  
enī id qd̄ efficit: atq; id qd̄ operātis actū suscipit: ei⁹  
rei q̄ efficiēt cause sūt. Rursus a fine sit ppositū sic: an  
iustitia bona sit: fiet argumētatio talis. si beatū eē  
bonū ē: ⁊ iustitia bona ē. hic enī est iustitie finis: vt si  
quis fm̄ iustitiā viuat: ad beatitudinē pducatur. ma-  
xima ppositio cuius finis bon⁹ ē: ipsuz quoq; bonus  
est. loc⁹ a fine. Ab eo vō qd̄ cuiuslibet forma ē ita: nō  
potuisse volare dedalū: quoniā nullas naturali for-  
ma pēnas habuiss; maxima ppositio tātū quēq; pos-  
se q̄stū forma nālis sua pmissit loc⁹ a forma. CAb ef-  
fectib⁹ nō ⁊ corruptionib⁹ ⁊ vsib⁹ hoc modo. Mas si  
dom⁹ bonū ē: ⁊ constructio dom⁹ bonū ē: ⁊ si bonū ē  
cōstructio domus: bonū est domus. Rursus si destruc-  
tio dom⁹ maluz est: bonus est domus: ⁊ si bona ē do-  
mus: maluz est destructio dom⁹. Et si bonū equitare  
est: bonus equus est. ⁊ si bonus est equus: bonū ē eq-  
tare. Est autē primuz quidē exempluz a generationi-  
bus: quod idē ab effectib⁹ vocari potest. Secūdū a  
corruptionibus. Tertius ab vsibus. omnium autez ma-  
xime ppositiones: cui⁹ effectio bona ē: ipsū quoq; bo-  
nus ē: ⁊ ecduerso. Cui⁹ corruptio mala ē ipsū quoq;



bonū est ⁊ econuerso. Et cuius vsus bonus est: ipsum quoq; bonū est: ⁊ econuerso. **C**A communiter accidētibus argumenta sunt quotiens ea sumunt accidētia: que relinquere subiectum vñ non possunt vel non solent: vt si quis hoc modo dicat. Sapientē nou penitebit. penitētia enī malū factū sequit̄. Quod qa in sapientē nō cōuenit: nec penitētia qdē. **Q**uestio de accidēti. **M**axima ppositio cui nō uest aliqd ei nec illd qd eius ē cōsequēs ueste potest. **L**oc⁹ a cōmuniter accidētib⁹. **E**xpeditis igit̄ locis his q ab ipsis terminis in q̄stione positis assumunt: nūc de his dicēdū ē: qui lz extrinsecus positi: argumenta tamē q̄stionib⁹ subministrāt. **H**ic vō sūt vñ ex rei iudicio: vñ ex similibus: vñ ex maiore: vñ a minore: vñ a pportione: vel ex oppositis: vñ ex trāsumptione. Et ille qdē locus qui rei iuditiū tenet: ē huiusmodi: vt si dicam⁹ id esse qd vñ omnes iudicāt vñ plures: ⁊ hi vel sapientes: vñ fm vnamquamq; artū penitus eruditi. **H**uius exēplū ē celū ēē volubile: q; ita sapientes atq; astrologi doctifimi iudicauerūt. **Q**uestio de accidēti. **M**axima ppositio quod omnibus vñ plurib⁹ vñ sapientib⁹ hominibus videt̄: ei cōtradici nō oportere. **L**ocus a rei iudicio. **C**A similib⁹ vō hoc modo. Si dicitur an hominis sit propriū bipedem esse dicimus.

Similiter inest equo quadrupes: vt homini bipes.

Non est autem equo quadrupes propriū.

Non est igitur homini bipes propriū.

**Q**uestio de proprio. **M**axima ppositio: si qd similiter inest nō ē ppiū: nec id de quo querit̄ esse propriū potest. **L**ocus a similibus. **H**ic vō i gemina diuiditur hec. n. similitudo aut i qlitate: aut i quātitate cōstitit sed i quātitate paritas nuncupatur. In qualitate similitudo. **C**Rursus ab eo qd ē magis. Si q̄ratur an sit aialis diffinitio: qd ex se moueri possit: dicim⁹ sic. **M**agis oportet animalis diffinitionem esse q; naturaliter viuat quā q; ex se moueri possit.

Non ē autē diffinitio aialis q; naturaliter viuat.

Ille quidem igitur que minus videt̄ diffinitio esse q; ex se moueri possit: aialis diffinitio putanda est.

**Q**uestio de diffinitione. **M**axima ppositio: si id qd magis videtur inesse non inest: nec id quod minus videbitur inesse inest. **L**ocus ab eo q; magis est.

**C**A minorib⁹ vō conuerso modo. **M**ā si hominis diffinitio est aial gressibile bipes: cuiq; videat̄ min⁹ esse diffinitio hominis q̄s aial rationale mortale: erit diffinitio boīs aial rationale mortale. **Q**uestio de diffinitione. **M**axima ppositio. si id qd minus videt̄ inesse: uest: id quod magis videbitur ueste: ierit. **M**ulte aut diuersitates locorū sūt ab eo quod ē magis ⁊ minus argumenta ministrātū: qd i expositione topicorū Aristotelis diligentius persequenti sumus. **C**Itē ex pportione vt si q̄rat: an sint sorte eligendi i ciuitatibus magistratus: dicimus minime: q; nec i nauibus quidem sorte gubernator p̄ficiat: est enim pportio. **M**ā vt sese gubernator habet ad nauim: ita magister ad ciuitatem. **H**ic aut locus distat ab eo q; a similibus ducitur. **I**bi enim vna res vnicuiq; alij cōparatur. In pportioe vō nō ē similitudo rerum: s; qdā habitudinis cōparatio. **Q**uestio de accidēti. **M**axima ppositio: quod i vnaquaq; re euenit id i ei⁹ pportionali euenire necesse ē. **L**ocus a pportioe. **E**x oppositis vō multiplex ē locus. **Q**uattuor enim sibi met opponūt modis: aut enī vt cōtraria aduerso sese loco cōstituta respiciūt: aut vt puatio ⁊ habitus: aut vt relatio: aut vt affirmatio ⁊ negatio. **Q**uorū discre-

tionēs in eo libro qui de decem predicamētis script⁹ est: cōmemorate sunt: ab his hoc modo argumenta nascuntur. **C**A contrarijs si queratur an sit virtutis propriū laudari: dicam non quia nec vitij quidem vituperari. **Q**uestio de proprio. **M**axima ppositio contraria contrarijs conueniunt. **L**ocus ab oppositis idest ex contrario. **C**Rursus in questione sit positus: an propriū sit oculos habentium videre. **D**icaz nō eos nāq; qui vident: alias cecos esse contingit. **M**ā in quibus est habitus: in eisdem poterit esse puatio ⁊ quod est propriū non potest a subiecto discedere. **E**t quoniam veniente cecitate visus abscedit: non ēē propriū habentū oculos videre conuincitur. **Q**uestio de proprio. **M**axima ppositio vbi puatio abesse potest: habitus propriū non est. **L**ocus ab oppositis fm habitum ⁊ puationē. **C**Rursus sit i questione ppositum: an patris sit propriū procreatorē rem esse. **D**icam recte videri quia filij est propriū procreatum esse: vt enim sese habet pater ad filij: ita procreator ad procreatum. **Q**uestio de proprio. **M**axima ppositio oppositorū ad se relatiuorū propria ⁊ ipsa ad se referunt. **L**oc⁹ a relatiuis oppositis. **C**Itē sit i questione ppositū: an sit animalis p̄puz moueri. **M**egez quia nec ianimati quidē ē propriū nō moueri. **Q**uestio de proprio. **M**axima ppositio: oppositorū propria opposita esse oportet. **L**ocus ab oppositis fm affirmationē ⁊ negationē. **M**oueri enī et nō moueri fm affirmationē ⁊ negationē sibi met opponuntur. **E**x trāsumptione vō argumentus hoc modo sit: cū ex his terminis i qbus questio cōstituta ē: ad aliud qdā notius dubitatio trāferret̄: ⁊ ex ei⁹ p̄batione ea que in questione sunt posita cōfirmant̄: vt Socrates cū quia posset i vnoquoq; iustitia q̄ret omnē tractatū ad reipublice trāstulit magnitudinē: atq; ex eo qd illic efficeret: in singulis etiā valere cōfirmavit. **Q**ui locus a toto forsitā esse videt̄. **S**ed quoniā non inheret his de qbus proponit̄ terminis s; extra posita res hoc tātū: qa notior videt̄ assumit̄. **I**dcirco ex trāsumptione loc⁹ hic cōueniēti vocabulo nuncupatus est. **S**it vō hec trāsumptio ⁊ i nomine: quoties ab obscuro vocabulo ad notū argumētatio trāferret̄ hoc modo: vt si q̄ratur an philosophus inideat sitq; icognitū: qd philosophi significet nomen. **D**icimus ad vocabulū trāfferentes notū non inuidere quia sapiens sit. **M**oti⁹ vō est sapientis vocabulū q̄s philosophi. **A**c de his qdem locis qui extrinsec⁹ assumuntur: id dictus est. **I**llunc de medijs disputabitur. **C**Medij autē loci sumunt̄ vel ex casu: vel ex coniugatis: vel ex diuisione nascētes. **C**Asus ē alēui⁹ nominis pncipalis inflexio in aduerbijs: vt a iustitia inflectit̄ iuste. **C**Asus est igit̄ a iustitia id quod dicimus iuste. **C**Coniugata vero dicunt̄ que ab eodē diuerso modo deducta fluxerunt: vt a iustitia iustū iust⁹. **H**ec igit̄ inter se ⁊ cū ipsa iustitia cōiugata dicuntur: ex qbus omnib⁹ prompta sūt argumēta. **M**ā si id quod iuste est bonū est: ⁊ quod iustū est bonū est: ⁊ si qui iustus est bonus est: ⁊ iustitia bonū est. **H**ec igit̄ fm p̄prij nominis similitudinē cōsequunt̄. **C**Medij vero loci appellant̄: quoniā si de iustitia querit̄: ⁊ a casu: vel a cōiugatis argumēta ducunt̄: neq; ab ipsa substantia p̄prie atq; cōiuncte: neq; ab his q sūt extrinsec⁹ posita vident̄ tradi: sed ex ipsorū casib⁹ idest qdā ex ipsis leni mutatioe deductis. **I**ure igit̄ hi loci medij inter illos q ab ipsis ⁊ eos q sūt extrinsecus collocant̄. **C**Restat loc⁹ a diuisione q tractat̄ hoc modo.

Omnis



Omnis diuifio vel negatiōe fit vel partitione. Illegatione fit vt si qs ita pñūciat. Oē animal aut habz pedes aut nō hēt. Partitione vō velut si qs diuidat: Oīs homo aut est sanus aut eger. fit autem vniuersa diuifio vel generis i spēs: vel totius in partes: vel vocis i significaciones proprias: vel accidētis i subiecta: vel subiecti in accidētia: vel accidētis i accidētia. Quorum omnium rationē i eo libro diligentius explicui quem de diuifione cōposui. Atqz idcirco inde ad horz cognitionē cōgrua petātur exēpla. fiunt autem argumētationes p diuifionē: tū ea segregatione que p negatiōem fit: tū ea que p partitionē. Sed qui bis diuifionibz vtuntur: aut directa ratiocinatione contēdunt: aut i aliquod ipoffibile atqz icōueniēs ducunt: atqz ita id quod reliquerant: rursus assumunt. Que facilius quisqz cognoscet: si prioribus analeticis opaz dederit. Horz tamē in presens talia prestabunt exēpla notitiā: sit i questione ppositum: an vlla origo tēporis fuerit. Quod q negare volet: id nimirū ratiocinatione firmabit nullo modo eē ortū: idqz directa rōcinatione hoc modo mōstrabit. tempus aut originem hz aut non. Sed qm mundus eternus ē (id enī paulisper argumēti gratia cōcedatur) mundus vō sine tempore eē nō potuit: tēpus quoqz eternū ē: s; qd eternum ē caret origine: tēpus igitur originem non habet. At si per ipoffibilitatem idēz desideretur ostēdi: dicet hoc mō: tēpus aut originē hēt aut non: sed si tēpus habet originē nō fuit semp. Tempus aut hēt originē: fuit igitur quādo non fuit tempus: sed fuisse tempus est significatio temporis: fuit igitur tempus quādo nō fuit tēpus qd fieri non pōt. Nō est igitur vllū principium temporis: posito nāqz vt ab vllō principiu ceperit: iconueniens quoddā atqz ipoffibile cōtingit fuisse tempus quando non fuerit tēpus. Redditur itaqz ad alteram partē q origine careat. Que vero ex negatione diuifio ē: cum p eam quelibet argumēta sumuntur: fieri nequit vt vtrūqz sit qd affirmatiōe z negatiōe diuiditur. Itaqz sublato vno alterū manet: posito altero reliquū tollitur: vocaturqz hic a diuifioe locus medi⁹ iter eos q ab ipso duci solēt: atqz eos qui extrinsecus assumuntur. Cum enī querit: an aliq tēporis sit origo: sumit qdē eē originez: z ex ipō p ppiā consequentiaz de re ipsa que queritur fit ipoffibilitatis syllogismus. Quo cōcluso redit ad prius quod verū esse necesse ē. Siquidē id quod ei oppositū est: ad ipoffibile aliquod inconueniensqz pducit. Itaqz quoniā ex ipsa re: de qua querit fieri syllogismus solet qsi ab ipsis locus est deductus: quoniaz vero non in eo permanet: s; ad oppositū redit: qsi extrinsec⁹ sumit. Idcirco hic a diuifioe locus iter vtrūqz medius collocat. C At vō qui ex partitiōe sumuntur duplici sūt modo. Aliquotiens enī que diuiduntur: simul eē possūt: vt si vocē in significaciones diuidam⁹ omnes simul esse possunt: veluti cuz dicim⁹ āplector aut actionē significat: aut passionē: siml vtrūqz significare potest. Aliquotiēs veluti negationis mō q diuiduntur simul eē nō possunt: vt aut sanus ē aut eger. fit autē ratiocinatio in pōre quidē modo diuifionis: tuz quia omnibus adest quod qrit vel non adest: tuz vō alicui adeste vō nō adeste qd alijs adsit aut minime. Nec in his explicādis diutius laboram⁹: si pōres resolutorij vō topica Aristotelis diligētis animū lectoris istruxerit. Nam si querat: vtrū canis substantia sit atqz hāc diuifionē faciat collocator: canis vō latrabilis aialis vō marine belue: vō celestis syderis nomē

est: demōstretqz p singula z canes latrabiles substantiā esse: marinas quoqz beluā z sydus substantie posse supponi: monstrauit canē substantiā esse. Atqz hīc quidē ex ipsis in questione ppositis videbitur argumēta traxisse. At in talibz syllogismis aut san⁹ ē: aut eger: s; san⁹ est: nō igit est eger: sed san⁹ nō est eger igit est: vel ita: s; eger est: sanus igitur non ē: vel ita: sed eger nō ē: san⁹ igit est. Ab his que sūt extrinsecus sumptus est syllogismus idest ab oppositis. Idcirco ergo tot⁹ hic a diuifione locus iter vtrūqz medi⁹ eē perhibetur qui in negatione sit constitut⁹: aliquo mō quidē ex ipsis sumit: aliquo modo vō ab exterioribz venit. Si vō a partitione ducant argumēta: nūc quidez ab ipsis: nunc vō ab exterioribz copiaz prestant. C Et greci vidē. Themistij diligētissimi scriptoris ac lucidi: z oīa ad facilitatē itelligētie reuocantis talis locorū videt esse partitio. Que cuz ita sint: breuiter mibi locorū diuifio commemorāda est: vt nihil pter eas monstretur esse relictus: quod non itra eas probetur inclusus. De quo enī in qualibet questione dubitat: id ita firmabit argumētis: vt ea vel ex ipsis sumantur que in questione sūt cōstituta: vel extrinsecus ducant: vel quasi in confinio horum posita vestigent. At preter hanc diffinitionē nihil extra iueniri potest. Sed si ab ipsis sumitur argumētus: aut ab ipsoz necesse ē substantia sumatur: aut ab his que eaz cōsequuntur: aut ab his q inseparabiliter accidunt: vō bis adherent: z ab eoz substantia separari seūgiqz nō possūt: vel nō solēt. Quecumqz vō ab eoz substantia ducuntur ea aut in descriptione: aut in diffinitione sūt: z pter hec a nominis itepretatione. Que vō ea velut substantiaz continentia cōsequunt: talia sūt vt vō generis vō differētie: vel itegri vel specierū: vel partiz loco circa ea que iquirunt assistāt. Itē vel cause vel efficiētis: vō materie: vō forme: vō finis: vō effect⁹ vel corruptionis: vel vsus: vel quantitatis: vō tēporis vō modi. Quod vō puz inseparabile vō ad adherēs accidēs nūcupat: id in cōmuniter accidētibus numerabit. Et preter hec quidez aliō quod cuiqz icesse possit nō potest iueniri. Quibus ita positis ispiciamus eos locos nūc quos dudū extrinsec⁹ pñūciabamus assumi. Ea enī que extrinsecus assumuntur: nō sūt ita separata atqz disiuncta: vt nō aliquo mō qsi ex regione quadam ea que queruntur aspiciāt. Illā z similitudines z opposita ad ea sine dubio referunt qb⁹ similia vel opposita sūt h; iure atqz ordine videant extrinsec⁹ collocata. Sūt autē hec similitudo: oppositio maioris rei iudiciū. In similitudine enī: tū rei similitudo tū pportionis ratio cōtinet. Omnia enim similitudinē tenēt. Opposita vō in contrarijs: in priuationibus: in relationibus: in negationibus cōstāt. Comparatio vō maioris ad min⁹: quedā quasi similitudo rerū dissimilitudo est. Rerū enī per se similitudo in quātitate discretio maioris ac min⁹ facit. Quod enī oī q litate: omniqz ratione diuisū ē: id nullo mō poterit cōparari. Ex rei vero iudicio que sunt argumēta qsi testimoniū prebēt z sūt inartificiales loci: atqz omnino disuncti: nec rē potius qz oppinionē iudiciūqz sectantes. Transūptionis vero locus nunc qdē in equalitate: nūc vō in maioris minorisue cōparatione cōstitit. Aut enim ad id qd est simile: aut ad id qd maior ac minus sit argumentorūz rationumqz trasūptio bi vero loci quos mixtos esse pdirim⁹: aut ex casibz: aut ex coniugatis: aut ex diuifione nascunt. In qb⁹ omnibus consequentia z repugnātia custodit. S; ea qz



dem que ex diffinitione: vel genere: vel differentia: vel causis argumenta ducuntur demonstratiuis maxime syllogisimis vires atq; ordinem subministrat: reliqua vero verisimilibus ac dialecticis. Atq; hi loci qui maxime i eorum substantia sunt: de quib; i qone dubitatur ad pdicatos ac simplices: reliqui vero ad hypobotheticos et conditionales respiciunt syllogismos.

Expeditis igitur locis et diligenter tam diffinitione quam exemplorum luce patefactis dicendum videtur quomodo hi loci maxime sint differentie propositionum idque breuiter neque enim longa disputatione res eget. Omnes enim maxime propositiones vel diffinitionem continent vel descriptionem: vel nois interpretationem: vel totum: vel genus: vel partes: vel species: vel cetera: quibus differunt inter se maxime propositiones. Nam in eo quod sunt maxime non differunt: sed in eo quod hec a diffinitione quidem. Illa vero a genere: alie vero veniunt ab alijs locis: et bis iure differre: hijs earum differentie esse dicuntur: sed quoniam diuisio Themistij patefacta est: nunc ad Marcii Tullij diuisionem transeamus.

De differentijs Topicis. Liber tertius.



Quod locorum differentias multipliciter varieque tractamus: nihil mirum diligenter tibus ingenijs videri debet: cum manifestum sit: nunquamque rem multis sepe differentijs atque in varias diuisionis figuras posse partiri. Nam quia singulas res non vna: sed plures sepe differentie comprehenduntur: necesse est: ut secundum differentiarum varietatem fiat etiam diuersitas diuisionum: ut et numeri nunc eas colligimus differentias: quod alij pares alij vero impares: nunc vero quod alij primi: atque compositi: alij secundi: atque compositi. Triangulorum etiam multis modis fieri partitionem geometricae discipline tenor ostendit: iam tamen in omnibus prouidendum est: ut nihil extra in quolibet diuisionis forma relinquatur: nihil ultra superfluum ac perter quod necesse est: aggregetur: quia in re quid mirum videri debet: si cum antea in Themistium locorum differentias dederimus: nunc diuersas per Marcium Tullium depromamus. Locus proposita breuiter partitione: atque exemplis conuenientibus expedita: tum demum quo differat vel quo congruat superius digeste diuisioni: quomodo et altera concludat alteram: commemorabo. Nam cum Marcus Tullius omnem logicam facultatem: quam rationem diligentem differendi dixit: duas habere partes proposuerit vnam inueniendi: alteram iudicandi: et cum locos esse diffinierit argumenti sedes a quibus scilicet argumenta promuntur: argumentum etiam ratione: que rei dubie faciat fidem diuisionem locorum omnia hoc modo fecit. Ex his inquit locis: in quibus argumenta inclusa sunt: alij in ipso herent: de quo agitur: alij assumuntur extrinsecus. Duas igitur locorum species fecit. alios. n. in ipsis questionum terminis herere propositum: alios extrinsecus assumi: atque eos quidem: qui in ipsis herent de quibus queritur: tali diuisione partitur: in ipso inquit: tum ex toto: tum ex partibus eius: tum ex nota: tum ex his rebus: que quodammodo effecte sunt ad id: de quo queritur. Extrinsecus autem ea dicuntur: que absunt longeque disiuncta sunt: post hec eum locum: qui ab effectis ducitur: in conuenientia membra partitus est. hoc modo. Alia enim inquit sunt coniugata alia ex genere: alia ex forma: alia ex similitudine: alia ex differentia: alia ex contrario: alia ex coniunctis: alia ex antecedentibus: alia ex consequentibus: alia ex repugnantibus: alia ex

causis: alia ex effectis: alia ex comparatione maiorum aut minorum aut parium. Quorum quidem omnium et natura breuiter attingenda est extra ponenda. Eorum igitur locorum qui in ipso de quo agitur herent: primum esse dixit a toto. Totum vniuscuiusque rei in diffinitione constat. Omnis enim diffinitio rei: quam diffinit adaequatur: quod si vnaqueque res tota est (nihil enim intergrum esse nisi totum potest.) diffinitionem quoque totum esse necesse est: id est que totam rei: quam diffinit substantiam claudit. Diffinitio vero est oratio: que vniuscuiusque rei quidem esse designat. Ab hac ita ducitur argumentum ut si sit questio: an arbores sint animalia: dicam.

Animal est substantia animata sensibilis. At arbor non est substantia animata sensibilis. tum claudam. Non sunt igitur arbores animalia.

Questio de genere: maxima propositio: vnde diffinitio abest: id est illud quoque abesse: quod diffinitur locus a diffinitione. Partes non sunt: quarum conuentu efficitur totum. Partes etiam vocantur que diuidunt totum hec autem species: vel forme nuncupari solent. A quibus hoc modo sumitur argumentum. Ab his quidem partibus quarum coniunctione componitur totum hoc modo: ut si sit dubitatio: an anima sit corpora: partiemur animam velut his tribus partibus: quod vel vegetabilez vis vel sensibilis: vel intelligibilem prestat at neque ipsum vegetare: neque sentire: neque intelligere corporale est. Licet nulla pars sit corporalis a se oino a se corporalis non esse monstrata est. Questio de genere id est an anima corpori subiiciatur ut generi. Maxima propositio: a quibus partes absunt: totum quoque abesse: locus a partibus totum coniugentibus. Item ab his partibus: que totum diuidunt hoc modo: sit in questione an anima secundum locum moueatur. Dicam motus secundum locum tres species sunt: cremetum: diminutio: permutatio: anima vero neque augetur: neque minuitur: neque ab alio loco transit ad alium: non igitur mouetur. Questio de accidenti. Maxima propositio eadem que superius: locus a partibus totum diuidentibus. Nota vero argumentum est. quotiens ab interpretatione nois: rei dubie fides queritur: hoc modo: ut si dubitetur: an philosophia sit bonum. Dicemus.

Philosophia est amor sapientie. At id bonum est. Non diffinitur.

Philosophia igitur bonum est. men diffinitione prodimus. Questio de genere. Maxima propositio: nominis interpretationem rem declarare. locus a notatione. Coniugata sunt: que ab eodem noie flectuntur ut a iustitia iustum iuste. Ab his ita capitur argumentum: ut si queratur: an ridere gaudere sit. Dicemus: si risus gaudium est: et ridere gaudere est. Questio de accidenti: maxima propositio: coniugatorum eandem esse naturam locus a coniugatis.

Genus est quod de pluribus specie differentiibus in eo quod quid sit predicatur. Ab hoc ita ducitur argumentum ut si queratur: vtrum anima numerus sit seipsum mouens ut renocrati placuit. Dicemus.

Anima substantia est. Numerus vero substantia non est. Questio de diffinitione!

Igitur anima numerus non est. locus a genere maxima propositio. Quorum diuersa sunt genera: ipsa quoque sunt diuersa. Forma est quod de pluribus numero differentiibus in eo: quod quid sit predicatur. Ab hac fit argumentum hoc modo: ut si queratur: an color in subiecto sit: id approbabitur eo: quod quoniam niam album vel nigrum in subiecto sunt. A specie scilicet ad genus deducentes: questio de genere. Nam in subiecto